

Proserpina Perithoy^{a, 1}, et cunctis invitatis diis ac deabus, Discordia, potentissima dea, nuptiis^b interesse non voluit. Set quod plus timetur, levius frequenter incurritur^c. Potentissima illa dea valde indignata, quod nuptiis^b non fuit invitata, ut est ingeniosa, malum aureum fabricavit, et desuper scripsit gram-mata: Pulcriori debetur; ac per tigna domus et laquearia scan-dens, inter convivantes deiecit: propter quod magna lis^d exorta inter Iunonem et Minervam et Venerem. Que diucius alter-cando, et una alteri non consentiendo^e, sed se pulcriorem esse dicendo, tandem convenerunt Paridis iudicio, qui recte diiudi-cans coronam dedit vincenti tauro. Relictis ergo nuptiis^b, properaverunt favere^f sententiae iudicis. Ut nempe convene-runt, et rem per ordinem naraverunt et malum prout erat scriptum dederunt, et ut pulcriori daretur iudicio postula-verunt. Quod se promittens ille facturus, iudicii induciam^g petens, eis scilientia^h tribuit, et altera die redire precepit. Ceteris illis recedentibus, non post multam oramⁱ Venus, prout suis negociis erat studiosa, se nudam Paridi presentavit: quam ut vidit, in eius amore exarsit et illam victricem promisit, si satisfaceret eius petitioni^k. Illa terreno homini commiseri^l non esse licitum dixit; set^m Elenam, pulcherrimam Menelay uxorem, sponndit, si tamen litis victoriam obtineret. Pulcritudine harum deprehensa, Venus pulchrior est iudicata. Cuius con-silio cognitus est a Priamo, et ex nemore portatus est in regale palatium. Qui ut iniuriaⁿ ulcisceretur Casandre, Veneris argumento vel consilio, prout suo semper erat argumento, navem, in quo facta fuerat a loco Argos nomine, diversis mer-cibus oneravit, et sub negociatoris specie Sathynas² trans-fretavit. Ut autem aplicuit et navem ancoris^o erexit velum-que^p calavit, clipeo miro opere fabricatum et alia regalia munera de nave abstraxit^q et Menelao representavit, men-tiendo^r, se causa negociationis venisse. Qua propter Menelaus, tanto scelere ignarus, amicabiliter eum suscepit et uxori sue, in expeditionem proficiscens, tanquam sibi in proprio suo pa-latio servire precepit. Ut autem Menelaus recessit^s, Paris adulatoriis verbis, et ut proprie est consuetudo laxivis, Elene loqui cepit. Illa^t sibi suadente divitiis, et Paridi pulchritudine et verborum laxivorum multitudine, eius petitioni condescendit: cum eo navem ingrediens secum Troiam perrexit^u. Tanto scelere Menelao Paride^v perpetrato et per mundi partes divul-

a) Perythoy 3. b) nupciis 3. c) incurrit *cum ras.* 3. d) lite *ras.* 3.
e) conscenciendo 3. f) faver iudicis 3. g) indiciam 2. h) silencio 3. i) horam 3.
k) petioni 2. l) commisceri 3. m) sed 3. n) iniuriam 3. o) anchoris 3.
p) velum 3. q) extraxit 3. r) mentiendio 2; menciendo 3. s) recesit 2.
t) ita corrigo cum priori editore; illo *cod.* u) perexit 2. v) a P. 3.

1) Pirithoo a Iove Proserpinam uxorem destinatam fuisse, tradit Hyginus fabul. 79. 2) ἐς 'Αθήνας?